

591.95
F 77

DESCRIPTIONES
ANIMALIUM

AVIUM, AMPHIBIORUM,
PISCIUM, INSECTORUM, VERMIUM;

QUÆ

IN ITINERE ORIENTALI

OBSERVAVIT

PETRUS FORSKÅL.

PROF. HAUN.

POST MORTEM AUCTORIS

EDIDIT

CARSTEN NIEBUHR.

ADJUNCTA EST

MATERIA MEDICA KAHIRINA

ATQUE

TABULA MARIS RUBRI GEOGRAPHICA.

HAUNIÆ, 1775.

EX OFFICINA MÖLLERI, AULÆ TYPOGRAPHI.

β) INSECTA OBSERVATA.

In littoribus Imros: Tenedos: Natioiæ.

1. SCARABÆUS a) AURATUS. In Arabia *Djeall.* *variat: nigricans.*
2. b) VARIABILIS: elytris latere emarginatis.
3. c) VIRIDULUS. *Μαμῆνι.*
4. d) PILULARIUS.
5. COCCINELLA a) 7-PUNCTATA. Arab. *Dūde* دودة vel *Kerues.* قره منر
6. b) 11-PUNCTATA.
7. c) 22-PUNCTATA; flava.
8. CHRYSOMELA a) CORDIGERA; thorace non variegato.
9. b) GRAMINIS; foemella rubra.
10. c) SERRATICORNIS; cylindrica, cinerea; antennis ferrato-pectinatis.
11. BUPRESTIS NIGRA.
12. TENEBRIO CÆRULEUS; apterus.
13. MELOE a) CICHORII. *Μαεροπέλι.* *Mas* ruber; foemella flava. Frequens in floribus.
14. b) MAJALIS? *Káhiræ, Dravich.* دراريج Yemen, *Zonvich.*
Elytris rivulosis, virescentibus, tuberculis planis; maculis dorsalibus obscure-cupreis; subtus ad segmentorum futuras fasciis cupreis.
15. FORFICULA MAJOR *ψαλῆδα.*
16. BLATTA a) ÆGYPTIACA. *Sursur.* حرمصر *Alexandria* domestica.
17. b) ORIENTALIS. *ibid.* grandis; in ædibus obvia.
18. GRYLLUS a) VULGARIS. *Απίδαλα* vel *Κερίάλλαφας.* Alis subtus rubris.
Variatio: alis totis rubris.
19. b) FLAVUS.
20. c) CÆRULESCENS; circa *Constantinop.* Alis cæruleis.
21. d) TURRITUS. *Ακρίδα* vel *Λαφάχα.*
22. e) MANTIS. "Αλογο γῆς γῆς; i. e. *equus terra.* Cinereus.
23. f) CRISTATUS? In desertis *Kábirinis.* Arab. *Djachdat.* جاخت
Alis inferioribus viridi-cærulescentibus, fascia postica fusca. Arabibus non esculentus; quamvis ita refert *Hasselquist.*
24. g) IEN ED DUBB. *ابن الدب* *ibid.*
25. h) CINEREUS; fasciis tribus nigris. *ibid.*
26. CIMEX a) BACCARUM; thorace spinoso.
27. b) EQUESTRIS.
28. c) APTERUS.

29. CIMEX d) LINEATUS.
30. e) GRISEUS; oblongus, dorso medio flavo.
31. f) ÆGYPTIUS; in omnibus plantis succulentis post messem residuis in agris Ægypti, cimici huic quasi destinati ad pabulum.
Varietatem? inveni habitantem in Natolia, alis albis; apice elytrorum membranaceo, atro.
32. CICADA MANNIFICA.
Obs. Dum Monasterium Græcorum *Raitba* dictum, in regione celebri *Elim* adivi, retulit mihi Sacerdos *Monnam* decidere hyemali tempore simul cum pluvia, ejusdemque esse speciei cum Manna sacra Israelitis e cælo decidua. Addidit quoque fide monachali, rorem hanc nullibi, nisi supra tectum & aream Monasterii reperiri, & sæpius se illam vidisse atque gustasse. Hic mea substitit fides. Eruditi nostri, qui miracula levissimo scientiæ naturalis artificio expedire solent, & pluviam hanc manniferam e *Cicadarum* rostro excutunt, anxie causam eandem his in locis quærent, nudis, & fruticulis vix vestitis, ubi Cicadas majores nec ego, neque Socii itineris vidimus ullas. Quum locus Hortis Palmiferis abundat, causa roris hujus magis Naturæ congrua subluet. (Plura ad hanc rem spectantia vide in *Descr. Arabiæ Editoris* p. 145. seq.)
33. NOTONECTA; a) GLAUCA. In fonte habitat Insulæ *Imros*.
34. b) ALBA; elytris griseis, immaculatis, *Alexandria*.
35. PAPILO Παπώδισ, a) CARDUI.
b) BRASSICARIA minor.
c) AMIRALIS.
36. APIS VIOLACEA. IMYOS.
Cara ana Meccensis affert ex Arabia *Kabiram Mel*; *Afal náhl* عسل نحل præstantissimum; album & fuscum. Sæpe in sylvis Arabiæ fluens vidi mel; quod vocant indigenæ *Nolib*.
Cera alba, Arab. *Schemma abjad*. شمع ابيض a Beduinis collecta adportetur æstate; *citrina* Arab. *Schemmá a fur* شمع اسفر hyeme.
37. HEMEROBIUS FORMICALYNX; puncto marginali.
38. FORMICA a) NIGRA, ENODIS; squama unica inter thoracem & abdomen. *Mugmilyca*.
39. b) BINODIS; nodis duobus inter abdomen & thoracem: præcedenti similis. Cuniculos agit subterraneos.
40. c) CHUFEJIF; nigra, gregaria *Yemen*.
41. d) SCHARDJ; rubra, magna. *ibid*. Exitiose vastat fructum *Ploenicis* (*nachl fuleimani*).
42. GALLÆ a) QUERCINÆ. E Syria ad Ægyptum invehuntur optimæ.
b) TAMARICIS ATL; *Budjm*; شحم succedaneæ priorum.
c) INDICÆ; *Afs*. عصب In Arabia ad apparatus medicaminis faciei. Ustulantur, pulverisantur & miscentur aqua, in qua Gummi dilutum. Istud, sic præparatum pigmentum nominatur *Chadáb*. خضاب Sic faciem nigris lineis pingunt foeminae Arabum, puellæ imprimis. *Qoll* قول (Stibium) e Gallia advectum transfertur per totam Ægyptum & Arabiam: hoc minerale ignitum, in pulverem minuitur, & oculo aspergitur, hinc palpebræ canthus niger evadit; & sic sibi placet venus polymorpha.

43. MUTELLA a) NIGRA. Σφάλλοχα.
Capite thoraceque rubris; abdomine nigro, fasciis albis.
44. b) BARBARA? punctis in fascias condunatis.
45. MUSCA NIGRA; antennis fetaceis; thorace maculis flavis; abdomine fasciis 2. flavis, interruptis.
46. HIPPOBOSCA EQUINA; in campis Imrinis frequens, licet nulla aderant pecora.
47. EMPIS? Arab. *Mun.* Ad regionem Niloticam saepe nubis instar vento propellitur, & magna viatorum molestia oculos torquet. Pungere nescit. Genus determinare non potui; *Aphidius nigra* formam habet.
48. CANCER MENAS Τζαγάνος. Turc. *Tfaganos.*
49. SCOLOPENDRA; segmentis planis, recurvatis, bruneis.
50. JULUS. Arab. *Halban.*
51. GNISCUS ASELLUS. Arab. *Omm ali.* ام علي
52. SCORPIO. Cineres scorpionis usti, calefacti ligno vitis in vasculo clauso, & mox propinati dosi 2. vel 3. gran. laudantur ut diureticum eximium, in stranguria. (Auctore Arabe medico.)
53. PODURA CINEREA; magna.
Foveas inhabitat excavatas in arena littorea prope *Alexandriam.*

VERMES.

I. MOLLUSCA.

1. TEREDO a) ARENARIA; tubulo arenoso.
2. b) CONCHILEGA; tubulo conchyliifero.
3. LIMAX a) MARINUS.
4. b) TERGIPES; papillis dorsalibus 12.
5. c) MINIMUS; pap. dorsal. 4. fetierum.
6. NEREIS a) CÆRULEA; pseudo-phosphora.
7. b) PELAGICA; rubra.
8. PRIAPUS a) GIGANTEUS. *Tabaket el bábr.*
9. c) ALBUS; tardus.
10. c) RUBER; glandulis albis. *Gavindsj el bábr.*
11. d) VIRIDIS; tentaculis corpore longioribus. *Karvafá.*
12. e) POLYPUS; radians; filamentis oris retractilibus.
13. SCYLLÆA GHOMFODENSIS; tentaculis primis brevibus.
14. HOLOTHURIA a) DENUDATA; radiis trifariam glandiferis.
15. b) SPIRANS; radiis nudis.

INSECTA.

SILPHA.

1. SILPHA MULTISTRIATA; cinerea; elytris striis plurimis; thorace emarginato.

DESCR. *Facies* & magnitudo *Silphæ fabulosa*. Tota cinerea; striis in singulo Elytro 8. excavatis; interstitiis, microscopio visis, tuberculatis. *Alexandriæ* sub herbis, rarius.

CHRYSOMELA.

2. CHRYSOMELA VIRIDI-CERULEA; ovata; elytris striis quinque.

DESCR. *Facies* & magnitudo *Chrysi. graminis*. Color: caput, antennæ, pedes, pectus, abdomen cerulea; Thorax elytraque viridi-ænea. Thorax punctatus, marginibus rugosis, ceruleis. Elytra striis quinque, punctis sparse geminatis.

Alexandriæ, verno tempore rarius. Pulchrum animal.

CICINDELA.

3. CICINDELA LITTOREA; violaceo-ænea; elytris lunulis quatuor, cum margine confluentibus, albis.

DESCR. *C. campestri* paulo minor. Color capitis, antennarum, thoracis viridi-æneus: pedes ænei: abdomen æneo-violaceum: frons & maxillarum basis alba. Thorax quadratus, superne pilis albidis paucis, subtus inter pedes nudus, lateribus hirsutus. Abdomen medio nudum, versus latera vestitum hirsutia alba. Pedes pilosi. Elytra obscure viridi-ænea, margine exteriori albo-flavicante. Cum hac albedine connectuntur lunule 4 ejusdem coloris: harum anterior perpendiculariter fere e margine exit: secunda duabus componitur, una perpendiculariter e margine egrediente altera descendente & suturam fere elytrorum pertingente: tertia lunula & quarta ad basin elytrorum jacent recte fere & erecte.

Suis, inter urbem & naves in brevibus fabulosis refluyente aqua discurrit, præsertim occidente sole.

CARABUS.

4. CARABUS SERRATOR; coleoptris ovatis, subplanis, pone truncatis, nigris, maculis inæqualibus, albis.

In Desertis *Kahirinis* rarior. Sui generis pulcherrimus, magnus, apterus. Elytrorum margines subtiliter dentati, quibus dum femora postica velocissime affricat, mirum magnumque producit strepitum.

TENEBRIO.

5. TENEBRIO ARUNDINACEUS; *alatus; obscure ferrugineus, villosus; antennarum tribus ultimis articulis orbiculatis, majoribus, pallidioribus.*

DESCR. (Microscopii ope instituta.) *Structura* tota ut in *Tenebr.* congeneribus alatis. *Longitudo* sesquilinea, seu Pulicis maximi; sed angustior. *Corpus* lineare, coloris castanei, seu obscure ferrugini, velut ex pulvere albido sordidi: quod sub microscopii luce videtur provenire ex villis albis. *Oculi* nigri. *Antennae* longitudine thoracis cum capite, extrosfum crassiores, pilosae: articulis undecim, quorum 8. inferiores oblongiusculi, reliqui tres majores orbiculati, verticaliter compressi, reliquis pallidiores. *Thorax* subquadratus, marginatus, punctatus. *Elytra* thorace una cum capite duplo longiora, linearia, obtusa, striis tenuissimis, punctatis, villosis. *Pedes* ejusdem cum corpore coloris: quatuor anteriores propinquissimi, postici remoti.

Obs. 1) Tenebrionum alarum tanta videtur cum *Ceraleis* affinitas, ut vel genere conjungantur, aut certe a *Tenebr. Apturis*, ipsa natura sic fundente separentur.

- 2) In Insula Nilotica Kamus reperti initio Junii 1762 in culmo *Arundinis niloticae* inter corticem & medullam farinam nigro-bruneam; in qua paulo profundius *Vermiculi* albi habitabant, Tenebrionia hujus, sine dubio Larvae & pulveris illius architecti. Quo altius descendebatur, eo durior, pallidior magisque cohaerens farina inventa est: donec denique in infimo caule manebat medulla adhuc alba & intacta. Hinc enim Arundo pulpa repletur albida, quae vero jam in summitate culmi, cortice delapso extravasata; arida, siccata protrahitur. Media pars simili modo exarida madosis plieis corrugabatur, quarum sicut hurebat ista farina. Suspicor spicem segetum ellici nigras & quasi adustas ejusdem hujus Insecti vel haud absimilis aërosione; illas quippe aggreditur eo tempore, quo in culmo adhuc demeritae sunt, ubi plus pabuli invenit quam in segetibus ipsis, quarum medulla culmi parcius est corticique adhaeret. Fieri ergo potest, ut semetum hac farion & latente in illa Insectorum progenie inquinatum, terra dum comectitur, noxam lata vicinia diffundat. Si res ita se habeat, animal istud inter nocentissimas & hanc ob causam maxime notanda numerabitur. Minima saepe Insecta gravissimam inferunt perniciem.

Ceresia sic arrosa & exusta saepe inveniuntur. Vocatur ista nigredo Arabice *عين البنت* *Ajn el biut*; id est: *Oculus puella*; quia iste color oculorum, natus vel pictus sexum decet.

6. TENEBRIO AEGYPTIUS; *apterus; thorace subrotundo, antice & postice truncata; elytris obsolete punctatis, striis tribus elevatis, levibus; dorso planiusculo.*

Kahira. Medice magnitudinis.

7. TENEBRIO LEVIS; *apterus; nitens, thorace suborbiculato, marginato; elytris levibus marginatis.*

Facies

Facies & magnitudo Carabi minoris. An Ten. caraboides? sed elytra marginata, non carinata.

Alexandria sub herbis.

8. TENEBRIO HISPIDUS; apterus; totus supra setis hispidus: thorace teretiusculo.

DESCR. Magnitudo Carabi majoris. Caput superne leviter hispidum, ut & pedes. Antenna setis obtusa, ferruginescentes, praesertim in apice: articulo ultimo reliquis multo minore & punctiformi. Thorax teretiusculus, tuberculis setiferis magis hispidus, ante & pone truncatus, linea marginali longe infra dimidium. Elytra apice truncata, supra subtrusque liris plurimis tuberculatis, etiam sub margine. Cuique tuberculo seta insidet rigidiuscula. Omnes setae corporis ferruginei coloris. Abdomen villosum.

Alexandria in hortis sub farmentis aridis captus mense Septembri: non frequens. *Kahira* copiosior.

Tenebr. 8, 9, 10 appellant Arab. vulgariter *Gonfijs* vel *Chonfi*. *حنفس* sed in *Yemen* vocantur *Fazas*.

9. TENEBRIO VULGARIS; apterus; ater, elytris latere carinatis, singulis serie tuberculorum duplici: thorace planiusculo, pone spinoso, margine acuto.

DESCR. Totus ater, exceptis apicibus antennarum ferruginescentibus. Magnitudine brevior pollice. Elytra pone dilatato-rotundata. Thorax fere planus, ante valde emarginatus, pone truncatus; lateribus rotundatus, dilatato-marginatus, margine acuto surgente: in quibusdam utriusque in spinam pone exeunte. In medio thoracis disco lucula transversa elata, cornibus antrosum spectans. Forma ergo thoracis plana, obstat quin ad *Tenebr. angulatum* referatur, quamvis in exteris conveniat & loco natali communi.

Ubiq; in campo & hortis vagans.

10. TENEBRIO POLYCHRESTUS; apterus; elytris mucronatis, singulis serie novem elevatis.

DESCR. Totus niger. Longitudo sesqui-pollicis. Antenna caput thoracemque exaequant: articulis 4 ultimis lentiformibus, ferrugineis: reliquis lineari-clavatis, nigris. Palpi duo, longiores: articulo ultimo latiore, compresso, apice truncato, pallido. Thorax convexus, nitidus, ante & pone truncatus villisque ferrugineis ciliatus: lateribus linea elevata marginatus. Elytra ovata: subtus, ubi latera abdominis amplectuntur planata, linea elata ambiente: altera linea lateribus carinata. Huic carinae & suturae interjaacent in quovis elythro 9. striae leviter elevatae,

vare,

vate, pone concurrentes, infima obfoliore. Interstitia striarum Tubrugosa. Apice domum utrumque elytron depresso-planum exit in *membranam* rectum, linearem, obtusiusculum, superne teretem, transverse-obfoliate striatum; versus apicem puncto magno impresso: subtus planato-excavatum. Nonnulli mucrone instruuntur perbrevis. *Pedum* ut hinc & plantæ hamis geminatis terminantur. *Femora* exterius sub-compressa; subtus planata, bicarinata. In unico tantum, non in reliquis, *Maculam* vidi pilis ferrugineis constantem in medio unius futuræ, sub abdomine, post pedes.

An *Ten. mortifagus*? quamvis nostro longe minor, nec elytris, quantum mihi jam constat, striis elevatis.

In hortis ubique inter quisquilias.

- Obs. 1) Fœminæ Turcarum libere atque servientes albæ *arrem figiendi* invenerunt in his Tenebrionibus; dum tres quovis mane & vespere butyro coctos comedunt simul cum liquamine.
- 2) Contra *Aurium advenum*. Tenebriones aliquot coque cum oleo puro: hujus 2. aut 3. guttulas auri infunde; prompta medicina, visque tribus vicibus repetita curat.
- 3) Contra *Morsum Scorpionis*. Tenebr. 4. vel 5. vivos, hoc enim palmarium est, in aquæ copia sufficienti coque operte, spatio 3. horæ. Sic decoctum obijnetur colore rubicundo & sapore coffæ. Scorpione læsus bibat scyphulam unam alteramve, vulnerique Tenebr. dissectum imponat: præsentissimo auxilio dolor avertitur; qui his in casu intensissimus esse solet per 24 horas, postea sponte cessans; rarissime enim morsus Scorpionis lethalis est.

11. TENEBRIO COTHURNATUS; *apterus, niger, thorace laevi, utrinque antice unidentato; elytris tuberculatis, striis 2 elatis.*

DESCR. Magnitudo Mortifagi. *Statura* peculiaris: dorso fat gibbo, parte anteriore humili brevique. Hanc ob caussam, quam incedit pone multo altior apparet.

Habitat in desertis frequens; in urbe repertus rarior.

12. TENEBRIO ALEXANDRINUS; *niger, thorace spina utrinque obtusa, antice gibbo supra caput: coleopteris obtusis, striis quatuor aculeatis.*

An muricatus Linn.? Mortifago multo minor.

In desertis ruderatis *Alexandriæ*, verno tempore.

13. TENEBRIO SPINOSUS; *apterus: niger, thorace teretiusculo; elytris margine laterali ferratis, foveolis striis tribus spinosis, interjellis tuberculatis acutis.*

In Desertis *Kahirinis*. Ex majoribus.

GRYLLUS.

14. GRYLLUS VIRIDIS; thorace depresso, dilatato, pedibus anticis spinosis; ely-
tro singulo macula flava.

DESCR. Pedes anticæ reliquis multo crassiores eorumque femora carina an-
trorsum unica, aculeata: tibiæ eadema antrorsum duplici, aculeata.

Alexandriæ in hortis.

15. GRYLLUS GREGARIUS.

DESCR. Facie & magnitudine profus convenit cum Gryllo migratorio: si-
ne tamen ejusdem speciei determinant alii. Vidimus illum maximo
grege supra Kahiram volantem, d. 23. Dec. 1761. & in hortos pla-
teæque frequenter decidentem. Characteri in Syst. N. dato obstant
maculæ Elytrorum magis confluentes in fascias transversas curvas, &
color non totas maxillas induens niger, sed apice tantum, reliqua earum
parte ejusdem cum capite coloris ferrugineo-lividi. Antenna sulca,
longitudine capitis cum thorace. Thorax unico segmento constat: parte
dimidia anteriore compressa ac multo arctiore, notata lineis 4. transver-
sis, impressis: prima, seu marginali remota, obsoletiore: carina
longitudinali obsoletiore. Pars dimidia posterior latior, supra basin ely-
trorum dilatato-plana, punctis plurimis excavata; pone marginata, lon-
gitudinali media elata.

Obs. *Gryllum gregar.* Arabes ubique vocant *Djerid* جريد & *Judæi* in Yemen
habitantes illum esse *צבצב* asseverabant. Beduini Egypti gryllos hujus spe-
ciæ, vivos torrent super carbones; alii deinde pedibusque rejectis, avide con-
sumunt. In Arabia Felici inter Machham & Târs vidi foeminas pueros-
que his aviculis venandis insentos, quas illo per thoracem deducto suspende-
bant usque ad 100, & pretio $\frac{1}{2}$. *Chama* offerbant. Falciculus totus affa-
tur. Gryllo non solum pedes & alæ abripiantur, sed & intestina, quæ
capite aliquantulum protrahæ nudantur. Exsuccus certe cibus; innocuus ta-
men: nisi quod nimis ejus usus segenem causeret sanguinem vel temp-tamen-
tum melancholicum, ut perhibent Arabes, illisque dicitur *Souda*. Ridiculum
estoropium aulivi apologiam hujus alimenti: *Gryllus* vegetabilia pascitur pura,
utilis, sano & medicata virtutis; fieri ergo non potest aliter, quam ipse sa-
lubris totus evadat. Parum tamen consumunt incolæ, ut numerum hujus in-
festi gregis vel tantillum minuant. Simpliciter non minus quam inutili artificio
illum volantem abigunt ex agro in agrum ope panis bacillo longo affixi.
Tota examina quovis passu provocant; tanta eorum copia his in locis jam
erat. Dum agmine facto alæ volabant, aer e longinquo sumi speciem mon-
strabat. Transcuntes Grylli super verticem nostrum sono magna contraxæ
ferrebant. Ajunt Arabes Gryllum non depascere Cerealia matura & jam ri-
gida; quod veritati consentaneum invenit; *Zee mojt* ovis & *Holi surre* folia,
quæ $\frac{1}{2}$. ulnæ longitudinem assequuta fuerunt, margine tantum sabinde erant
arosa.

Turdus felenc, Nardis, Gryllivora, usimandus certe propter hæc officia; quemque occidere veterunt Turcæ Edicto publico, vel solo Alcorani monitu; in quo libro nomen & famam habet. Virtus ad sanctitatem evecta inde ad tabulam delapsa, statuit avem hanc quotidie 10000. Gryllos occidere!

16. GRYLLUS MONSTROSUS.

DESCR. *Coput* coratum; verticē conico, antice planiusculo, tricarinato, apice bidentato. *Prons* in spinam inter oculos erigitur. *Oculi* flavicantes, lineis longitudinalibus fuscis. *Antenna* articulo infimo cylindrico, albido: secundo: sphaerico-fufescente; reliqua earum parte fuscæ, articularis numerosissimis; teretes, subulatæ, versus apicem filiformi-setaceæ. *Thorax* medio longitudinaliter convexus, crassior, puncto utrinque impresso: sed ante medium notatus angulo utrinque impresso: latera ambit membrana lata, rotundata, patens, rigida, serrata. *Pedes* antici multo crassiores, spinosi: cæteri tenuiores, ad apicem femorum membrana denticulata, rotundata instructi. Immaturum vel pullum hunc Gryllum haud crediderim, quum recurvationi abdominis semper impedimento essent *Ala* & *Elytra*, jam rudimentis parvis conspicua. Eorum quippe locum occupat abdomen ovatum, prorsus reflexum, atque propter talem suam situm, superne imbricatum quintuplici ordine squamarum membranacearum: quarum duo ordines marginales patentes, simplices: reliqui tres ordines erecti, medius quoque erectus, sed squamis fornicatis compositus. Omnes hæc squamæ proveniunt ex futura articularum, quinque locis dilatata in membranulas: unde mira bestiolæ hujus oritur figura.

Alexandria ad salinas porti veteris.

PHALÆNA.

17. PHALÆNA PROFUGA; noctua; spiri-linguis; lavæ; alis deflexis, fuscoviridibus, fasciis flavis; inferioribus rubris, maculis inæqualibus, nigris.

DESCR. Magnitudo *Phal. Caja*. *Coput* pallide flavum. *Oculi* magni, nigri, pupilla fusca: puncta nigra 2 utrinque pone antennis: macula nigra in media fronte. *Lingua* spiralis, testacea, longitudine si extendatur, antennarum, sita inter palpos flavos, utraque extremitate nigros. *Antenna* setacea, alis dimidio breviores, cineræ, subtus carina nigra. *Collare* albidum, margine undique fulvum, superne maculis 2 nigris, triangularibus, inter quas rima protenditur. *Thorax* albidus, lineis 3 cuneiformibus, latis, nigris, longitudinalibus. *Pectus* cinereum, punctis utrinque 3 nigris. *Dorsum* leve, ferrugineum, punctis 7 nigris, solitariis in singulo segmento. *Abdomen* cinereum, triplici serie punctorum nigrorum in quovis segmento. *Pedes* cinerei: primum par notatum.

notatum ad basin puncto nigro; tibiis extus nigro punctatis & pollice ferrugineo introrsum juxta basin instructis: medii paris tibiae extus nigro punctatae, introrsum spina gemina in geniculo medio: paris postici tibiae immaculatae, spina gemina in medio gaudent. *Ala* rotundata: *superiores* subtus flavae, maculis inaequalibus nigris, rubris albisque: superiore disco ferrugineae, obscure-virides, margine inferiore pallide-flavo; fasciis 4 pallide-flavis: prima ad basin obliqua, minima, marginem internam non attingens: secunda pone medium alae obliqua, paululum spinosa, latior, ante marginem internam desinens: tertia ultra alae medium obliqua, sublineosa, apice interiore confluens cum fascia postrema, ibique *denticulos* emittens tres, unum sursum spectantem, duos deorsum. Inter fascias obliquas ad marginem externum *lineola* albida, obliqua, introrsum terminata *lineola* nigra. Fascia quarta transversalis, recta, angustior, flava, ad angulum alae posticum internum dilatata ibique, margini propius maculis 4 subrotundis, fuscis notata; quibus alia major, nigra imminet. Extrorsum juxta maculas marginales *lineola* longitudinalis, nigra: inter hanc & marginem alae externam striae 5 impressae, ejusdem longitudinis. *Ala inferior* plicata, subferruginea, rubra, margine postico pallidiore, maculis 4 nigris, inaequalibus; quarum prima ovata, in medio fere alae: reliquae tres ad marginem posticum sitae; minima puncto grandiore non major: media quadrangularis: tertia maxima, duobus appendicibus truncatis pone aucta. Ala subtus ferruginea, macula punctisque nigris.

In *Archipelago* prope Insulam Meteline excepta in navi.

CYNIPS.

18. CYNIPS; SYCOMORI, APTERA.

DESCR. Longitudo lineae: crassities filii tenuioris. *Corpus* depressum: statura saepius incurva. Totum animal 4 articulis subaequalibus constat: *Copite*, cui *antennae* breves insident: *Thorace*: tertia parte constante tribus paribus *Pedum* & *scutello* supra, antice. Ultimus articulus basi dilatatus utrinque *oculeum* emittit, inque medio terminatur apice: intus transparent venae duae undulatae, in ceteris partibus non adeo manifestae. *Pedes* ferruginei, pellucentes, remoti fere omnes post mediam corporis zonam.

Obs. Ab *Alata* C. quam descripsit *Hoffelquist*, haec aptera differt corpore longiore, & *oculeo* postice utrinque uno, transverso, reflexo; an vero haec nota speciei vel tantum sexus sit, incertus habeo.

Excluditur in *Sycomori* foeminei germine singulo, quod inde, quasi foecundatum tumescit, (vide plura *Plantar. Centur. VI. 100.*)

VESPA.

19. VESPA QUADRIPUNCTATA; capite thoraceque ferrugineo; fronte flava; abdominis fasciâ duplici flava, posteriore latiore, quadripunctata.

DESCR. Magnitudo Vespe vulg. Caput villosum. Oculi nigri: inter illos triangulum obversum, flavum. In vertice tria puncta elata, nigro-nitida, oculi-formia & in modum trianguli disposita. Maxilla prominens, tridentata, ferrugineæ, marginæ nigre infra Labium, quod emarginatum, subrotundum, flavum. Antennæ flavo-ferrugineæ, verticillares, longitudine fere thoracis. Thorax villosus, ferrugineus, immaculatus, cujus coloris quoque sunt Pedes. Abdomen ovatum, fuscum: segmenti primi margo posticus supra flavus: secundum fulcum, latum: tertium undique flavum, superne punctis duobus nigris, totidemque subtus: quartum supra flavum, punctis 2 nigris, subtus fuscum: reliqua duo tota fusca.

Kahira frequens.

FORMICA.

20. FORMICA SALOMONIS; (Linn.) capite ferrugineo; thorace compresso; pedibus fusco-ferrugineis; abdomine villosa nigro. Inter thoracem & abdomen binodosa.

Formicis vulgaribus nostris persimilis, sed major. Cuniculos sub terra agit. Alexandria non infrequens.

21. FORMICA EDAX; capite abdomineque fusco; thorace testaceo, pone bidentato.

DESCR. Inter minimis est. Corpus villosum. Antennæ & Pedes toti testacei. Caput subtus rufescens. Inter thoracem & abdomen nodi duo testacei. Thorax pone spinis duabus, nudo oculo non conspicuis.

Obs. 1. A Evonymi & Linn. non aliter differt hæc nostra, quam capite superne fusco; nam ceteris notis & molesta in adibus præsentis convertit, sæpius insecta musci nostri devastans, donec Camphoræ antidoto avertebatur.

2) Hujus speciei vidi plures capite & abdomine subæquali. Inter has rarius incedebat una alteraque, structura quidem ceteris similis, sed duplo grandior, capite fusco-rufescente & abdomine sesquimajore. An varietate vel sexu ut mariti & femine se distinguant a minoribus operariis & matris?

22. FORMICA MALIGNA; parva, nigra, unisquamosa: Arab. Kâamir.

Venenata, pungens dolore ut ex scorpionum morfu: qui levatur affuso Basilici recentis succo.

23. a) FORMICA ANIMOSA, rubra. Arab. *Klas*.
Minor quam F. 22. Habitat in ligno. Oeconomis grata ob utile odium quo persequitur Formicis DHARR, *Phoenixem doctyliferam* eximiose infestantes. Ad hanc militiam conducitur acervatim *Heml* (onus Cameli) imperiali pretio.
23. b) INSULTANS; nigra. Cum rubra bellum gerit continuum; sed virtute inferior.

TABANUS.

24. TABANUS TESTACEUS; *oculis albidis, margine & linea transversa fusco-virescente; dorso testaceo, lineis duobus nigris.*
DESCR. *Oculi* punctati, punctis impressis. *Rostrum* nigrum. *Antenna* testacea, apice fusca. *Pectus* & *Frons* alba, villosa. *Thorax* lineis aliquot fuscis obscurus. *Abdomen* testaceum. *Pedum* tibiae & plantae testaceae; femora fusca.
Ubique, equis infestus. Arab. *Tajaq*.

CULEX.

25. CULEX MOLESTUS; *antennis pilis verticillatis; rostro cinereo, apice nigro, crassiusculo; dorso fusco, fasciis sex pallidis.*
DESCR. *Magnitudo* & *facies* *Culicis* vulg. *pipientis*. *Oculi* virescentes, globulis numerosissimis constantes. *Frons* fusca ut & *Thorax*. *Rostrum* subclavatum, sive crassius versus apicem & nigrum; inferiore parte cinereum. *Antenna* serax, rostro paulo breviores, pilorum majorum verticillis parentibus, circiter 13, ut mihi videbantur, ad basin singuli articuli. Nudo quidem oculo carnuntur, sed egre; at illis interjecti pili densi, erecti, parvi; microscopio intuendi erunt. *Pectus* & *Abdomen* cinereo-albidum. - *Dorsum* fuscum, futuris articularum 6. vel 7. pallidis. Totum Corpus & *Pedes* pilosi: femora cinerea: tibiae fusca. *Ala* fusca, margine postico ciliata. *Halteres* cinerei, clava fusca.
Rosetta, *Kahira* & *Alexandria* immensa copia, nocte incommodus dormientibus & vix arcendus nisi cortina bene clausa.

ARANEAE.

26. ARANEA SECTOR; *abdomine ovato, circumscissa obliquantato. Telsa diametris fella.* Rete construit horizontale, intertextum radiis quatuor undulatis, ad angulum rectum, seu cruciatim positis.
Reperta prope montem *Melhadu* in *Yemen*.